

et multiplici quadam rerum partitione constituendam censebant putabantque eam solvi atque perire, si in unum redigeretur. Neque enim unum ratione quantitatis accepit Plato, quod destructio civitatis esset, sed qualitatis, ut unum sit concordia, consensu, unanimitate, denique virtutis unitate, quod
 5 unum civitatem egregie non modo constituit, sed etiam conservat et auget. Quapropter Aristoteles quoque hominem civile ac sociale animal vocat. Civilia vero animalia primo libro de Historia Animalium ea esse dicit, »quorum negotium unum communeque omnium est, idque non omnibus animantibus, quae gregem constituunt, accidere, sed aliquibus, ut sunt homo, apes,
 10 vespa, formica, grus.«

Quodsi quis exterarum nationum exempla petere velit, quae usu rei
 uxoriae communi non modo sine discordia vel publica vel privata vixerunt, verum etiam hostes superarunt, propagarunt fines imperii et rem publicam suam felicissime servaverunt, permulta sane comperiet. Verum nos paucis quibus-
 15 dam commemoratis, ne longiores simus, huic parti finem imponemus, cum praesertim etiam pauciora satis superque sint ad refellendum eorum errorem, qui Platonem ea, quae ferre natura non posset, scripsisse de re publica opinantur, id tantum naturae concedendum rati, quod legibus aut institutis aut moribus suae vel gentis vel aetatis sentiunt comprobari. Massagetae
 20 gens ampla et strenua, communibus matrimoniis utuntur, ut Herodotus Halicarnasseus, eximius Historiarum scriptor, refert. Atqui hi sunt, qui contra Cyrum maximum illum Persarum regem et vires ac potentiam eius nationis, quae sibi ceteras nationes subegerat, bellum gesserunt et pro communibus liberis et uxoribus pugnantes non rem communem neglexerunt,
 26 non amorem erga liberos communes remissius exhibuerunt, sed magno fortique animo dimicantes victis triumphatisque hostibus et occiso Cyro domum cum ingenti gloria remigravere. Quem morem C. Iulius Caesar a Britannis ita coli in commentarios suos retulit his verbis: »Omnes vero se Britanni ultro glasto inficiunt, quod caeruleum efficit colorem, atque
 30 hoc horridiore sunt in pugna aspectu. Capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius. Uxores habent deni duodenique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis. Sed, si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quorum primum virgo quaeque deducta est.« Afros etiam Nasamones apud
 35 Herodotum legimus communi uxorum usu eodem quo Massagetae more vitam degere. Horum Aristoteles quoque secundo Politicorum libro mentionem facit appellatque Afros superiores et procreatos liberos inter se postea ex similitudine partiri commemorat. Thraces virgines suas, cum quibuscumque libitum fuerit, concumbere ex more permittunt. Brachmanes
 40 Persarum sapientes uxoribus utuntur communibus Philostrato atque Arriano auctoribus. Diodorus etiam Siculus narrat plerasque nationes iisdem legibus ac moribus vivere. Aethiopes uxores non ducere, sed communes habere natosque pueros communi opera educare atque aeque diligere. Saepe etiam

εἴτε οὔτινοσοῦν περὶ τοῦ γε τοιούτου ἐνστάσεις ἱκανῶς λύονται. φησὶ δὲ καὶ τῶν τὴν παρά τὸν Ἀραβικὸν κόλπον παράλιον καὶ τὴν περὶ τὸν Ὠκεανὸν μέχρις Ἰνδικῆς οἰκούντων οὐκ ὀλίγους »αὐτὸν βιοῦν γυμνοὺς μὲν ἐσθῆτος, κοιναῖς δὲ χρωμένους γυναιξί, καὶ τοὺς γεννηθέντας παῖδας κοινοὺς ἡγουμένους.« καὶ τοὺς Τρωγλοδύτας δὲ »μετὰ τῶν τέκνων καὶ τὰς γυναῖκας ἔχειν κοινὰς 5 πλὴν μιᾶς τῆς τοῦ τυράννου.« καὶ πολλὰ ἂν εὖροις τοιαῦτα παρὰ τοῖς ἔργον ποιησαμένοις τὰ γενῶν τε καὶ ἐθνῶν ἐπιτηδεύματα συγγραφῇ παραδοῦναι.

- 13 Καὶ γὰρ δὴ τῶ ἔντι τὰ μὲν δοκοῦντα ταῦτα καλὰ τε καὶ αἰσχροὶ ἄλλως παρ' ἄλλοις κρίνεται τῶ μὴ αὐτοκαλὸν μηδὲ αὐτοαἰσχρὸν ἕκαστον εἶναι. ἢ γὰρ ἂν παρὰ πᾶσιν ἦν τὰ αἰτὰ ὥσπερ καὶ τῶν φύσει ἕκαστον, 10
- V 197^v νόμῳ δὲ καὶ ἔθει οὕτω κρινόμενα κατὰ διαφόρους τῶν κρατούντων γενῶν νόμους τε καὶ ἔθη καὶ διαφόρως κρίνεται. καὶ μόνον μὴ τοῦ τῆς φύσεως κυριωτάτου νόμου ἀπάδη, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ἄτοπον οὐδ' ἄσεμνον ἔπεται. ὁρῶμεν γὰρ καὶ τὰ ζῶα ἀδιαστρόφῳ τῇ φύσει χρώμενα καὶ πρὸς τὰ γε τοιαῦτα εἴτε ἐδωδὴν εἴτε πόσιν εἴτε ἀφροδισίων χρῆσιν καὶ τῶν περὶ τὴν 15 γένεσιν λειτουργίαν εἴτε καὶ περὶ σκέπην καὶ φυλακὴν καὶ ἀλεωρῆν ἀμέμπτως ὑπ' αὐτῆς ἀγόμενα τῆς φύσεως καὶ αἰσχρὸν ποιῶντα οὐδέν. ὥσπερ δὲ
- U 181^v μὴ αἰσχροί, οὕτω καὶ δυνατὰ δεικνύνται τῶ τε πλεῖστα τῶν ἐθνῶν αὐτοῖς κεχρημένα εὐδαιμόνως ζῆν, τῶ τε μεγίστην ἔχειν ἰσχὺν ἐν πᾶσι τὸ ἔθος καὶ τὴν ἐκ νέου οὕτως ἢ ἐκείνως ἀγωγὴν τε καὶ τροφήν. καὶ τούτων 20 μάρτυς μὲν καὶ Ἀριστοτέλης αὐτός, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἵπομεν, τοσαύτην ἰσχὺν ἔχειν τὸν νόμον καὶ τὰ ἐκ νέου ἔθη λέγων, ὡς καὶ ἐν τοῖς μυθικοῖς ἡμᾶς πείθειν. ἐκθήσομεν δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἱστορικῶν τινα εἰς τὴν τούτου
- (lat. 3,14) βεβαίωσιν. Ἡρόδοτος μὲν γὰρ γραφῇ παραδίδωσι τῶν μὲν Ἰνδῶν τοὺς
- B 91 πατέρας ἀποθνήσκοντας σιτουμένων, τῶν δ' Ἑλλήνων κατακαιόντων Δαρεῖον 25 ἐρέσθαι Ἑλληνας, »ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι. οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο.« εἶτα ἐπερέσθαι τοὺς Ἰνδοὺς, »ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίαιτ' ἂν τελευτῶντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί. οἱ δὲ ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημέειν μιν ἐκέλευον. οὕτω νῦν ταῦτα νενόμισται, καὶ ὀρθῶς μοι δοκεῖ Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον 30 πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.« φησὶ δὲ καὶ Πέρσας ἀγεσθαι μητρύας, ὅπερ ἀθέμιτον τοῖς ἄλλοις δοκεῖ γένεσιν. Διόδωρος δὲ ἱστορεῖ· παρ' Αἰθιοψίν ἔθους ἔντος μηδένα τῶν ἐπὶ θανάτῳ καταδεδικασμένων ἐξεῖναι »τῆς ἰδίας χώρας εἰς τὴν ὁμορον ἀποφεύγειν καὶ τῇ μεταστάσει τῆς πατρίδος λύειν τὴν τιμωρίαν, καθάπερ παρ' Ἑλλησιν.« ἐπεὶ τις κατακριθεὶς ἀπε- 35
- V 198 βάλλετο ἐξ' Αἰθιοπίας φεύγειν, ἢ μήτηρ, ἵνα μὴ τοῖς συγγενέσιν ὀνειδῆ καταλείπη τῇ ζώνῃ τὸν τράχηλον αὐτοῦ σφίγξασα ἀπῆγξεν, ἄσεβές πρᾶγμα παρ' ἄλλοις ἂν δόξαν καὶ μητρὶ ἠκιστα πάντων προσῆκον. πολλὰ γὰρ αὐτοῦ φησὶ παραδέξασθαι ἀπλήθνη διανοία παράδοξα δόγματα, »ἀρχαία μὲν
- U 132 καὶ δυσεξαλείπτῳ συνηθείᾳ ἐντεθραμμένη, λόγον δὲ οὐκ ἐχούσῃ τὸν ἑναν- 40 τιωθησόμενον τοῖς οὐκ ἀναγκαίοις προσταττομένοις.« τοιοῦτόν τι ἦν καὶ τὸ τῶν Λακῶνων μητέρων ἐπίταγμα τοῖς παισὶ διὰ τὰς τοῖς λειποτάκταις καὶ ριψάσπισι νόμῳ κειμένας ποινὰς καὶ τὸ δοκοῦν τοῦ πράγματος αἰσχιστον

infantes permutare, ut ne matres quidem suos cognoscere possint, quo fieri, ut nullo propriae rei studio inter se dissidentes vitam felicem agant. Ita non modo posse communi rei uxoriae usu rem publicam constitui, sed etiam commodissime posse ostendit. Tum vero incolas orarum Arabici
 5 maris ad Indiam usque tendentes complures tradit communi usu degere mulierum et liberos habere communes. Troglodytas quoque et mulieres et liberos communes habere excepta una, quae principis uxor est.

Nec vero apud exterarum nationes dumtaxat, sed etiam apud Romanos ¹³
 et Graecos, qui optimis legibus clarere, nobilissimus historiae scriptor ^(gr. 3, 14)
 10 Plutarchus Cheroniensis hoc idem in usu fuisse testatur temporibus Numae Pompilii, gravissimi legum conditoris, et Lycurgi Lacedaemonii, qui eam rem publicam condidit, quae hominum memoria maxime celebrabatur. Numa, ut ab eo, quem modo nominavi, scriptore traditum est, lege sanxit, ut liceret omnibus, postquam satis liberorum procreassent, uxorem suam alteri
 15 prolem desideranti ad procreandum concedere, seu magis commodare seu locare libuisset, quod Catonem quoque Uticensem, virum sapientissimum, Hortensio concessisse certum est. Lycurgus locare aut ullo pacto emittere domo uxorem non permisit, sed cuicumque domi apud se uxorem habenti salvis matrimonii iuribus admittere alium concessit, quem existimaret ex
 20 uxore sua digne posse subolem procreare. Hoc idem Xenophon quoque Socraticus, vir doctrina illustris, non modo ad Lacedaemonios refert, sed etiam probat. Ita illi, quorum leges prae ceteris maxime probari solent, instituerunt, et cum nullam gentem felicius vixisse quam Romanos et Lacedaemonios scriptorum omnium sententia sit, utrumque tamen populum
 25 idem fere, quod a Platone praecipitur, servasse manifestum est.

Verum quid melius sit, non est nostri consilii in praesentia explicare, ¹⁴
 cum nostra opinio cum sacra religione conveniat. Satis est, quod obiecta ^(gr. 3, 13)
 adversarii dissolvimus et, quod ille dixerat statum huiusmodi rei publicae fieri non posse et factum noxium exitiosumque fore, maledici et per igno-
 80 rantiam tum rationis naturae, tum etiam rerum gestarum et morum, qui fuerunt et sunt, ita existimari demonstravimus plusque fere consuetudinem usumque praesentem rei quam naturae rationem valere. Quippe, ut Aristoteli etiam placet, tanta est in unaquaque re vis consuetudinis, ut fabulae etiam et figmenta saepenumero pro veris accipiantur, nedum praecepta
 85 legum et instituta longo tempore comprobata. Quid crudelius, quid immanius, quid execrabilius dici aut fingi potest quam filios senes parentes occidere et eorum carnibus vesci? Et tamen historicorum princeps Herodotus de Massagetis et Indis hoc refert. Darium quoque regem perhibet interrogasse aliquando Indos, quo praemio induci possent, ut parentes suos

10 καὶ om. M. | 29 ἀμβώσαντες sec. edit. ἐμβώσαντες codd.

8 Diod. Sic. III. 24, 4. | 5 Diod. Sic. III. 32, 1. | 21 cf. Arist. Eth. Nik. ε 1. 1129. | 26 Herod. Hist. III. 38. | 82 Diod. Sic. III. 5, 2 sq. | 89 Diod. Sic. III. 6, 2.

Mohler, Kardinal Bessarion. II.

ἐπὶ στρατιάν αὐτοὺς ἐκπεμπουσῶν καὶ τὴν ἀσπίδα ἐγχειρίζουσῶν καὶ ἐπι-
 λεγουσῶν· »ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τὰς«, πολλοῦ γε δεῖ ταῦτὸ ποιουσῶν ταῖς κατὰ
 τὴν νῦν γένεσιν μητράσι τὸ ὅπως οὖν μόνον σώζεσθαι τοὺς υἱεῖς καλὸν
 νομιζουσῶν, αἰσχροὺν δὲ τὸ ἀπόλλυσθαι ἡγουμένων. καὶ αὖ τοὺς περὶ τὰς
 ἐσχατίας τῆς Αἰγύπτου Τρωγλοδύτας ὑπὸ τοῦ ἡλιακοῦ φλογμοῦ τὰ μέγιστα 5
 κακὰ πάσχοντας οὐ μόνον φησὶν οὐκ ἂν βούλεσθαι φυγεῖν τὴν ὑπερβολὴν
 ὧν πάσχουσι κακῶν, ἀλλὰ καὶ προέσθαι ἂν αὐτοὺς πρότερον ἐκουσίως τὸ
 ζῆν πρὶν ἄλλης πειραθῆναι διαίτης. »οὕτω, φησὶν, αὐτοφυῆς ἔχει τι φίλτρον
 πᾶσα συνήθης χώρα, καὶ περιγίνεται τῆς ἐκ τῶν ἀέρων κακοπαθείας ὁ
 χρόνος ὁ τὴν ἐκ νηπίου παραλαβῶν ἡλικίαν.« οὕτως ἰσχυρὸν ἐν πᾶσι τὸ ἔθος. 10

14 Καὶ ἵνα μὴ μακρολογῶ πλεῖστα τοιαῦτα παρὰ τούτοις καὶ πᾶσιν
 εὐρήσεις σοφοῖς, οἷς ἔπεται καὶ τὸ τὰ παρ' ἄλλοις αἰσχρὰ νομιζόμενα παρ'
 ἄλλοις καλὰ κρίνεσθαι δι' ὃ καὶ τῶν περὶ Κασπεῖαν θάλασσαν καὶ τὸ Καυ-

B 91^v κάσιον ἐθνῶν φησὶν ὁ συγγραφεὺς »μεῖξιν εἶναι ἐμφανέα κατάπερ τοῖσι
 προβάτοισι«. καὶ αὖ »μεῖξιν τούτων τῶν Ἰνδῶν, τῶν κατέλεξα, ἐμφανῆς 15
 ἐστὶ κατάπερ τῶν προβάτων.« ὧ καὶ Διογένης ὁ Κυνικὸς χρησάμενος καὶ

U 132^v ἐπὶ θεάτρου γυναικὶ συμμιγείς, πρὸς τὸν ἐπιτιμήσαντα· »εἰ μὲν αἰσχροὺν,
 V 198^v ἔφη, ἐστίν, οὐδὲ λανθάνοντα δεῖ ποιεῖν. εἰ δὲ μὴ αἰσχροὺν, καὶ ἐπὶ πάντων
 χρηστέον.« καὶ τοὺς Λίβυάς φησὶν ὁ αὐτὸς Ἱερόδοτος τὰς ἐκ τῶν παρ-

θένων βουλομένας ἀνδράσι συνοικήσειν τῷ βασιλεῖ πρῶτον ἐπιδεικνύουσαι. 20
 »ἢ δ' ἂν τῷ βασιλεῖ ἐραστὴ γένηται, ὑπὸ τούτου διαπαρθενεύεται.« καὶ
 Θρακῶν ἐστὶ, φησὶν, ὁδε νόμος· »τὰς παρθένους οὐ φυλάσσουν, ἀλλ' ἐῴσιν
 τοῖσιν αὐταὶ βούλονται ἀνδράσι μίσγεσθαι. τὰς δὲ γυναῖκας ἰσχυρῶς φυλάσ-

σουσι.« λέγεται δὲ καὶ Βραχμᾶνας ἀνδρας σοφωτάτους κοιναῖς χρῆσθαι
 γυναιξίν, ἢ Φιλόστρατος καὶ Ἀρρειανὸς ἱστοροῦσιν. παρὰ Λακεδαιμονίοις 25
 δὲ τοῖς μάλιστα πάντων εὐνομούμενοις καὶ ἀρίστη χρησαμένοις πολιτεία

καὶ Λυκοῦργον, ἐκεῖνον τὸν ὅτου τις ἂν εἴποι ἀξίον ἀνδρα, νομοθέτην
 κτησαμένοις ἱστορεῖ Ξενοφῶν, ἀνὴρ φιλοσοφίας καὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης
 ἡκῶν εἰς ἄκρον, νόμιμον εἶναι, καὶ ἐπαινεῖ γε τοῦτον τὸν νόμον ὡς εὖ

ἔχοντα, τὸ εἰ συμβαίῃ γεραιῶ νέαν ἔχειν γυναῖκα, »ὅποιοι ἀνδρὸς σῶμά 30
 τε καὶ ψυχὴν ἀγασθείη, τοῦτον ἐπαγαγομένῳ τεκνοποιήσασθαι. εἰ δὲ τις
 αὖ γυναικὶ μὲν συνοικεῖν μὴ βούλοιο, τέκνων δὲ ἀξιολόγων ἐπιθυμοίη,

καὶ τούτῳ νόμον ἐποίησεν, ἦντινα ἂν εὐτεκνον καὶ γενναίαν ὀρώη, πείσαντα
 (Int. 3, 13) τὸν ἔχοντα ἐκ ταύτης τεκνοποιεῖσθαι.« ταῦτὸ Πλούταρχος, ξυγγραφεὺς
 ἀριστος, ἀνὴρ σπουδαιότατος καὶ ἅμα πολιτικώτατος, ἐν τῷ τοῦ αὐτοῦ 35

Λυκοῦργου βίου διῖσχυρίζεται. φησὶ δ' αὐτὸς καὶ Ῥωμαίους τοσοῦτον καὶ
 τοιοῦτον γένος, τὸν Νοῦμα Πομπιλίου βίον συγγράφων, αὐτοῦ Νομᾶ ἀν-
 δρὸς σεμνοτάτου τε καὶ δικαιοτάτου θεμένου τοῖς αὐτοῖς χρῆσθαι νομίμοις.

ἔξεῖναί τε Ῥωμαίων ἐκάστῳ μετὰ τὸ ἱκανοὺς ἑαυτῷ παῖδας ποιήσασθαι ἐκχω-
 ρῆσαι ἢ τελέως ἐκδομένῳ ἢ καὶ αὐθις ἀναληψομένῳ. ὃ καὶ Κάτων ἀνὴρ ἐπὶ 40
 σοφία γνώριμος ἐποίησε Ὀρτησίῳ τὴν γαμετὴν ἐκδόμενος, πρᾶγμα πεποιη-

κῶς σφόδρα δόξον ἂν τοῖς ἐκ ζηλοτυπίας ἐξ ἔθους τεθραμμένης καὶ γυναι-
 κείων κακῶν πολλῆς ταραχῆς τὸν ἀνθρώπινον ἐμπεπληκόσι βίον. ἀλλὰ

non ederent, sed Graecorum more rogo imponderent atque cremarent. Illos vero respondisse: dic meliora. Tum ad Graecos conversum ab illis quoque quaesivisse, qua spe permoti defunctos patres non cremare, ut eorum mos erat, sed instar Indorum edere paterentur. Eos vero ita dixisse nullam rem esse, pro qua tantum scelus pati aut committere possent. Atque apud Persas novercae privignis nubunt, ut idem scriptor refert, quod apud alias nationes nefas haberetur. Diodorus hunc esse morem Aethiopum narrat, ut rei capitis quaerendae salutis gratia e patrio solo sine dedecore migrare non possint. Itaque cum quidam capite damnatus fuga aliquando salutem quaerere cogitasset, mater eum, ne universa familia sua ob id factum ignominiae nota afficeretur, iniecto ad collum cingulo strangulavit, quae res apud alias gentes impia et crudelis fuisse iudicata. Nec ob aliam causam id evenire ipse historicus existimat quam ob consuetudinem inveteratam, quae quamvis iusta careat ratione, longo tamen tempore usuque animis hominum haerens nescit rebus etiam absurdis dissentire atque obsistere. Tale etiam et praecceptum illud, quod Lacaenae matres filiis, dum in expeditionem proficiscerentur, scutum porrigentes demandare solebant: »ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς«, id est: »aut hoc scutum reporta victor aut super hoc mortuus reportare«. Sicut enim temporibus illis foedissimum habebatur, quoties aliquis derelicto ordine et armis per metum abiectis aufugeret, sic nunc, modo vita servatur, nihil est, quod miles vel propter iacturam armorum vel propter fugam dedecoris aut ignominiae vereatur. Nam quae tandem mulier aetate nostra id filio iuberet? At Lacedaemoniorum matres facile id praecipiebant et reportatis, sicut fortuna aliquando ferebat, super scuto filiis non eiulatu et lacrimis, sed gaudio et laetitia celebrabant diem, quo filios intellexerunt pro patria fortiter pugnantes occubuisse, non secus, quam si victores in patriam remigrassent. Taceo, quod de Troglodytis, qui postremam Aegypti oram incolunt, idem auctor refert. Quamquam summo ardore solis adurantur, non modo tamen de solo natali discedere nolle, sed mortem etiam potius pati, quam loca alia et diversum vitae genus velint experiri. Praetereo fuisse nationes quasdam, quae coitum in propatulo instar pecudum sine pudore exercuerunt. Quas imitatus Diogenes ille philosophus Cynicus (gr. 9,14) idem Athenis egit, cumque a ceteris reprehenderetur: »Si turpe est, inquit, ne occulte quidem agendum est, si non turpe, cur omnibus spectantibus agi non debeat?«

1 καὶ ἐπιλεγουσῶν U^x in marg. B V M Z in textu | 15 τῶν κατέλεξα scripsi sec. edit. ὧν codd. | 21 ἐραστή codd. ἀρεστή edit | 28 τοῖσιν scripsi sec. edit. οἷσιν codd. | αὐτὰς correxi sec. edit. αὐτὰς codd. | 27 ἂν εἶποι B V ἂν ποι U | 34/41 ταῦτό — ἐκδόμενος U om. B¹ in marg. V M Z in textu | 40 Κάτων B¹ Πλάτων M | 41 πρᾶγμα πεποιηκώς corr. B¹ ex νομοθετῶν U B

2 Plut. Apophth. Lac. 97a. | 4 cf. Diod. Sic. III. 6, 2. | 8 Diod. Sic. III. 34, 3—5. | 14 Herod. Hist. I. 203. | 15 Herod. Hist. III. 101. | 19 cf. Herod. Hist. IV. 168. | 22 Herod. Hist. V. 6. | 30 Xenoph. De Rep. Laced. I. 7 sq.

V 199 Λακεδαιμονίοις τε καὶ Ῥωμαίοις, πολιτείαις καὶ πολίταις τοιούτοις, καὶ χρηστὸν καὶ λυσιτελὲς καὶ καλὸν ἐδόκει καὶ ὁμονοίας καὶ καλλιτεκνίας καὶ πολυτεκνίας ἅμα τῇ πολιτείᾳ αἴτιον ἦν. οὕτω βίαιον τὸ ἔθος ἐστίν, οὕτω τὰ παρ' ἐκάστοις ἰσχύει νόμιμα.

15 Νενόμισται νῦν παρὰ Λατίνοις Χριστιανοῖς πατέρα καὶ υἱὸν μητέρα
 U 188 καὶ θυγατέρα γαμεῖν καὶ δύο ἀδελφοὺς ἀδελφὰς δύο ἄγεσθαι. καὶ ὅσιον κρίνεται καὶ πολιτικὸν ἅμα, μᾶλλον τε τῶν γενῶν ἐνουμένων καὶ τῆς οὐσίας συντηρουμένης ἀμειώτου καὶ μὴ διαιρουμένης εἰς πλείω, ἅτε καὶ αὐτοῦ ἀναγκαιοτάτου καὶ λυσιτελεστάτου πολιτείας καθεστῶτος. Ἑλλήνων δὲ τῶν γε Χριστιανῶν οὐδεὶς ἂν ἢ μητρῴας θυγατέρα ἢ γυναικὸς υἱοῦ μητέρα ἢ 10 ἀδελφοῦ γυναικὸς ἀδελφὴν ἀγάγοιτ' ἂν οὐ μᾶλλον ἢ ἑαυτοῦ ἀδελφὴν. ἄτο-
 B 92 πόν τε γὰρ ἡγοῦνται καὶ ἀνόσιον, καὶ τὰ δνόματα συγγεῖσθαι φασι, τῆς αὐτῆς καὶ μητρὸς διὰ τὸν πατέρα καὶ ἐκυρᾶς διὰ τὴν γυναῖκα λεγομένης ἂν, καὶ τοῦ πατρὸς τῇ μὲν πατρὸς, τῇ δὲ ἐκυροῦ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. θέσει οὖν ὄντα τὰ γε τοιαῦτα, ὡς ἐκάστῳ ἐδοξεν, οὕτω καὶ νενόμισται. 15 καὶ πάντα μὲν ἔχουσι λόγον τὸν βοηθοῦντα. ἄλλα δὲ ἄλλους εὐλογωτέ-
 ρους καὶ πιθανωτέρους εἰπεῖν ἔχουσι καὶ τῇ φύσει γειτνιαζόντας μᾶλλον. οὐδὲ θαυμαστὸν οὐδ' ἐνταῦθα, εἰ ἄλλοι ἄλλως περὶ γάμων τε καὶ παιδο-
 ποιίας ἐνόμισαν. ὅθεν καὶ ὁ κατηγορεῖ Πλάτωνος, οὗτος τόπον οὐκ ἔχει λέγων αὐτὸν τοῖς ἐν πολέμοις ἀριστεύουσιν ἄντ' ἄθλου τινὸς συγχωρῆσαι, 20 ἢ ἂν βούλοιντο, μίγνυσθαι γυναικί. ἅπαξ γὰρ συγκεχωρημένου κοιναῖς γυναιξὶ χρῆσθαι καὶ οὐ περὶ θείων καὶ ἀύλων, ἀλλὰ περὶ πολιτείας καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ὄντος τοῦ λόγου, ὅπου οὐ παρθενία οὐδὲ ἀποχὴ ἀφροδισίων, ἀλλὰ γάμοι καὶ σύνοδος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀναγκαῖα, θαυ-
 μαστὸν οὐδέν, εἰ καὶ τοιούτοις αὐτοὺς βραβελοῖς πρὸς ἀνδρείαν ὀρμᾶ καὶ 25 τοῖς τοιούτοις συγχωρεῖ χρῆσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν γε τοιούτων,
 U 188^v εἰ καὶ μακρότερον, ἀλλ' οὖν ἀναγκαίως πρὸς τοὺς περὶ πάντα φιλονεικοῦντας εἰρημένα ἀρκείτω.

Κεφ. δ' Ὅτι ἀδίκως ὁ ἐναντιὸς ἐπιτιμᾶ Πλάτωνι ὡς δὴ τοὺς νέους πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκολασίαν παρακαλοῦντι. 80

4,1 Ἐπεὶ δὲ ὁ κατήγορος οὗτος προσεπιδαφιλεύεται ταῖς συκοφανταῖς
 V 199^v καὶ ὕβρεσιν, πάντας αὐτοῦ τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκλαμβάνων, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ῥητέον ὅσα εἰκός. ἰσχυρίζεται οὖν διδάσκαλον ἡδονῆς καὶ ἀσελ-
 γείας ὄντα τοῖς νέοις, οἷς φησὶν ἐν πρώτῳ τῶν Νόμων· »λέγωμεν τοίνυν, ἐπιτη-
 δεύματα ποῖα ἐσθ' ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν, ἃ γέγοντα τῶν ἡδονῶν 85 καὶ οὐ φεύγοντα αὐτάς, καθάπερ τὰς λύπας οὐκ ἔφευγεν, ἀλλ' ἄγοντα εἰς μέσας ἠνάγκαζε καὶ ἐπειθε τιμαῖς, ὥστε κρατεῖν αὐτῶν.« τούτοις γὰρ καὶ βούλεσθαι καὶ προτρέπειν τὸν Πλάτωνα γυμνάζεσθαι πρὸς σωφροσύνην τοὺς νέους, οὐ φεύγοντας ἡδονὴν, ἀλλὰ χρωμένους αὐτῇ, οὐ σώφρονας αὐτοὺς καὶ ἡδονῶν κρείττους, ἀλλ' ἀκολάστους καὶ ἀσελγεῖς καὶ πάσης ἀφροδίτης 40 ἡττωμένους, ἅτε καὶ αὐτὸς δὴ τοιοῦτος ὢν καὶ τοιούτοις χαίρων πανούργως

Quis nescit honestum decensque apud Christianos Latinos haberi, si 15
 pater et filius uxores sibi matrem et filiam ducant vel duobus fratribus
 duae sorores nuptui tradantur, quo et familiae arctius colligantur et patri-
 monia integriora serventur? Apud Graecos vero turpe id irreligiosumque
 5 censetur nec minus illicitum est uxoris sororem quam propriam ducere
 uxorem. Usque adeo apud omnes consuetudo valet, et qui in re suam
 quisque aetatem consumpserit, hanc meliorem honestioremque esse arbi-
 tratur. Haec igitur pro suo quaeque arbitrio gentes constituunt, et ut-
 cumque aliquid commodius esse videtur, sic alii rationibus aliis probant atque
 10 recipiunt. Nihil ergo mirum videri debet, si alii aliter de re uxoria sta-
 tuerunt. Quodsi non soli Platoni communem mulierum usum placuisse
 manifestum est nec sine ratione ab eo ita esse cogitatum, profecto non
 modo longa illa adversarii disputatio de naturae ratione, de liberorum amore,
 de cura negotiorum frustra cogitata est, sed etiam, quod de viro forti po-
 15 stea addidit, nullum habet locum reprehensionis. Nam si usum venereum
 dumtaxat ad necessariam subolis procreationem determinandum esse existi-
 mavit, quid vel sibi vel naturae vel rei publicae adversatur, qui viro forti
 mulieris, quam desiderat, usum concedit? Absurdum certe id esset, si
 nostris legibus institutisque iudicaretur. Sed si, quod ille voluit, privata
 20 coniugia tolluntur, si nulla virginitatis ratio est, si commodius agi putatur,
 ut nemo privatis rebus studeat, sed rem communem et publicam omnes
 procurent, quae tandem iniuria aut invidia aut obrectatio sequi Platonem
 debeat, si tali praemio ad strenue fortiterque agendum civium suorum ani-
 mos inflammandos esse putavit? Sed de his hactenus.

25 Cap. IV. Perperam obiici Platoni, quod ad voluptatem luxuriamque
 iuventutem hortetur.

Post haec aliud crimen, quo reum facere Platonem adversarius nititur, 4, 1
 videamus. Hunc, inquit, voluptatem atque luxuriam iuventuti suadere, cum
 ita libro de Legibus primo scribat: »Quaenam igitur officia in utroque
 30 vestrae rei publicae statu conserventur, explicemus, quae voluptatem degu-
 standam non omnino devitandam censebant, quem ad modum nec dolores
 evitabant, sed in mediis voluptatibus atque doloribus homines statuendo

1 τε καὶ --- ταιούτοις U om. B* in marg. V M Z. in textu | 14 τῇ μὲν πατρός U |
 om. B V M | 19 οὕτως U a id. ὁ παλαμναῖος | 31 κατήγορος B V | ἐπάρατος U | 32 ὄβρεσιν |
 U a id. ἀσελγεῖ στήματι καὶ ἀσελγεστέρα διακρίσῃ | 34 λέγωμεν U λέγομεν B V M | 35 γεύ-
 οντα U γεύονται B V M

34 Plat. Legg. I. 634 a.

ἀπεργαζόμενος. ὅτι δὲ οὐδὲν τῶν λεγομένων ὑπ' ἐκείνου ξυνῆκεν, ἀλλὰ πόρρω που πλανᾶται τῆς ἀληθείας, ἡμεῖς ῥᾶστα δείξομεν. τὴν ἀνδρείαν ὁ Πλάτων οὐ πρὸς φόβους εἴτε λύπας καὶ θάρρη μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πόθους καὶ ἡδονάς· διαμάχην εἶναι τίθεται. καὶ γὰρ κακόν τε καὶ δειλὸν εἶναι οὐ τὸν τῶν λυπῶν ἥττω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἡδονῶν πολὺ μᾶλλον δ

B 92^v καὶ ἐπονειδιστότερον. ὥσπερ οὖν φησιν οὐκ ἂν τις θαρραλέος γένοιτο καὶ περὶ λύπας καὶ φόβους ἀπτόητος, εἰ μὴ εἰς ἀναγκαίους ἔλθοι λύπας καὶ φόβους καὶ πολεμίους ἀντιπαρατάττοιο καὶ πρὸς ἐχθρούς διαμάχοιο καὶ

U 184 πολλάκις πολλαῖς τῆς τύχης μεταβολαῖς ἐμπεσῶν καρτερίαν τε καὶ ψυχῆς ἀσκήσεις γενναιότητα, οὕτως εἰ μὴ τις ἡδοναῖς ἐντυχῶν αὐταῖς ἀντισταίη 10 καὶ πρὸς αὐτάς διαμάχοιο ἀγωνιζόμενός τε καὶ συμπλεκόμενος καὶ ὥσπερ τις γενναῖος παλαιστής πρὸς αὐτάς ἀντιτάττοιο, οὐτ' ἂν εἴη, οὐτ' ἂν λέγοιο κυρίως ἀνδρεῖος· ἀλλ' ὃν τρόπον ὁ ἐκ παίδων διὰ τέλους φεύγων τοὺς πόνους καὶ λύπας, εἰ τις αὐτῷ ἀνάγκη γένοιτο ποιῆσαι καὶ τισι γεγυμνασμένοις πρὸς πόνους ἀνταγωνισταῖς συμπλακῆναι, ἀναγκάως φευξείται ἀπὸ 15

V 200 τῶν τοιούτων μηδ' ἀντιβλέψαι αὐτοῖς δυνηθεῖς καὶ δουλεύει αὐτοῖς ἡττηθεῖς κατὰ κράτος, οὕτως οἱ ἡδονῶν ἀμελέτητοί τε καὶ πάντη ἀπειροὶ καὶ μὴ μελετήσαντες καρτερεῖν ἐν αὐταῖς «καὶ μηδὲν τῶν αἰσχυρῶν ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονάς.» λέγει γὰρ δὴ καὶ αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· «ταῦτόν πεῖσονται τοῖς ἡττωμένοις τῶν φόβων. δουλεύσουσι τρόπον 20 ἕτερον καὶ ἐτ' αἰσχίω τοῖς γε δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς.» σκεψάσθω οὖν ὁ βουλόμενος ἐκ τούτων, εἰ δικαίως τὸ κάθαρμα τοῦτο τῶν σώφρονι Πλάτωνι κἀνταῦθα ἢ κακουργῶν ἢ ἀγνοῶν ἐγκαλεῖ. χρῆται μὲν γὰρ ἐπὶ γε τῶν πλειόνων κακουργίᾳ καὶ μοχθηρίᾳ. ἔστι δ' ἐν οἷς καὶ ὑπ' ἀνοίας ὠθεῖται, ὥσπερ κἀν τούτοις. ἐν οἷς οὐδ' ὄλως τῶν λεγομένων συνῆκεν 25 ἀλλὰ λέγων ἀντ' ἄλλων.

■ Ἄλλ' οὗτος μὲν τοιοῦτος. ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν ἐπομένων ἀκούσομεν.

U 184^v φησὶ γὰρ περαιτέρω προῖόν Πλάτων διττόν ἡμῖν εἶναι τὸν φόβον, τὸν μὲν τὰ κακὰ προσδοκῶσι γενήσεσθαι, τὸν δὲ δόξαν δεδιόσι, μὴ κακοὶ δοξασθειῆμεν πράττοντες ἢ λέγοντές τι τῶν μὴ καλῶν. ἐν δὲ φόβον αἰσχύνην 80 καὶ αἰδῶ καλεῖ κἀν μεγίστη τιμῇ σέβειν ἡμᾶς βούλεται τὸ τούτων θάρρος, τούναντίον ἀναίδειάν τε καὶ ἀναισχυντίαν εἶναι λέγων καὶ μέγιστον κακὸν πᾶσιν ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. τὸν δὲ γε τοιοῦτον φόβον ἡμᾶς τὰ τ' ἀλλὰ καὶ μεγάλα σώζειν, καὶ τὴν ἐν πολέμῳ νίκην καὶ σωτηρίαν ἐν πρὸς ἐν οὐδὲν οὕτω σφόδρα ἡμῖν ἀπεργάζεσθαι. δι' ὃ γὰρ εἶναι τὰ τὴν νίκην ἐπεργαζόμενα 85 θάρρος τῶν πολεμίων καὶ φόβον εἴτ' οὖν αἰσχύνην τῶν φίλων. φοβερὸν

B 93 οὖν ἡμῶν ἕκαστον καὶ ἀφοβὸν εἴτ' οὖν θαρραλέον καὶ αἰσχυνηλὸν γίγνεσθαι δεῖ. ὥσπερ δὲ ἀφοβόν τε καὶ θαρραλέον ἕκαστον βουλευθέντες ποιεῖν, φόβων πολλῶν τινων εἰς φόβον ἄγοντες αὐτὸν μετὰ νόμου τοιοῦτον ἀπεργαζόμεθα, οὕτω καὶ φοβερὸν εἴτε καὶ αἰσχυνηλὸν μετὰ δίκης ποιῶντες, 10 ἀναισχυντία ξυμβάλλοντες αὐτὸν καὶ προσγυμνάζοντες νικᾶν ποιῶμεν,

V 200^v διαμαχόμενον αὐτοῦ ταῖς ἡδοναῖς καὶ νικῶντα καὶ οὕτω τέλεον πρὸς ἀνδρείαν γινόμενον. οὕτε γὰρ «ἀπειρός τις, φησὶ, καὶ ἀγύμναστος ὢν τῶν

honoribus propositis hortabantur eos illa superare.« Hinc Platonem ad-
 sarius reprehendit, quasi iuventuti licentiam voluptatum permittat. Ita omnia
 inique iudicat et Platonis verba arbitrio suo interpretatur et damnat. Atqui
 Platonis sententia longe alia est. Virtutem animi, quam fortitudinem appella-
 5 mus, vir ille doctissimus non modo in rebus, in quibus metus aut fiducia sit,
 versari voluit, sed etiam in voluptatibus et doloribus et desideriis, fortisque
 animi officium esse statuit tam rebus formidolosis quam iucundis obsistere,
 ac timidum non modo eum, qui timore, verum etiam qui voluptate su-
 peratur, existimat. Itaque ut neminem effici constantem, fortem, impavidum
 10 putat, nisi se per varios casus et pericula et res formidandas exerceat, sic
 neminem censet fieri posse continentem, temperantem, modestum, nisi
 inter medias collapsus voluptates fortiter resistat et cum his colluctatus
 tamquam fortis athleta eas superet atque prosternat; et quem ad modum,
 qui ab ineunte aetate omnes labores, omnes curas omnemque dolorem
 15 vitare consuevit, si quando laborare cogitur et cum hominibus robustis exer-
 citatisque contendere, facile superatur et vincitur, sic qui inexercitatus est
 et spernere voluptates ac resistere illecebris insuetus, ut ille a timore, ipsum
 a voluptate superari et, qui dominus est, mancipium fieri eius, qui tem-
 perans esse in rerum delectabilium copia potest. Quae cum ita sint, iudi-
 20 care iam quilibet potest, an iure hoc adversarius Platoni obiiciat et utrum
 per ignorantiam potius Platonicae linguae quam per malitiam peccet. Id
 enim aliorum iudicio liberum relinquimus.

Nunc quid latius Plato de duplici timoris genere disseruerit, consi-
 derandum est. Unum esse ait, cum res adversas exspectamus, alterum, cum
 25 timemus, ne quid a nobis turpiter factum dictumve sit, quod malam de
 nobis opinionem parere possit. Hoc pudorem vocat colendumque a nobis
 imprimis existimat. Et contrarium eius vocat impudentiam summumque
 esse malum et publice et privatim existimat. Tali videlicet timore civium
 salutem conservari, bona augeri, victoriam magis quam alia re acquiri. Et-
 30 enim duo esse, quae parere victoriam possint, animum in hostes, pudorem
 erga amicos. Itaque unumquemque nostrum pavidum et impavidum esse
 oportere. Et quem ad modum, quoties hominem intrepidum audacemque
 facere volumus, in rebus trepidis ac formidabilibus eum constituimus eoque
 modo adversus metum exercemus, sic cum pavidum et verecundum red-
 35 dere studemus ad eas res eum ducentes, a quibus impudentes minime tem-
 perant. »Nam qui huius certaminis expers atque insuetus est, Plato in-
 quit, dimidio virtutis carebit nec perfecte temperans erit, qui non adversus

13 τέλους UV τέλος B | 21 ἐτ' αἰσχίω U^x corr. ex ἐπ' αἰσχίω B | 26 ἄλλων] U add.
 ἐν οἷς τοὺς Νόμους Πλάτωνος ἐρμηνεύσαι, μᾶλλον δὲ διαφθεῖραι ἐτόλμησεν, ὡς ἐν ἄλλοις
 εἰ ἐκγένοντο δεῖξομεν, ἴδιον περὶ τῶν ἐν τούτοις αὐτῶ ἡμαρτημένων ποιησόμενοι λόγον.
 B V M om. | 27 τοιοῦτος B V ἐρρέτω U

6 cf. Plat. Legg. I. 633—635. | 18 Plat. Legg. I. 635 c d. | 28 cf. Plat. Legg. I.
 647 a—c. | 48 Plat. Legg. I. 647 d.

- τοιούτων ἀγώνων, οὐδ' ἂν ἡμῖς ἐαυτοῦ γένοιτο πρὸς ἀρετὴν.» σῶφρων
 τε οὐκ ἔσται τελέως ὁ »μὴ πολλαῖς ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις προτρεπούσαις
 ἀναισχυντεῖν καὶ ἀδικεῖν διαμεμαχημένος καὶ νενικηκῶς μετὰ λόγου καὶ
 ἔργου καὶ τέχνης ἐν τε παιδιαῖς καὶ ἐν σπουδαῖς.« ὁρᾷς ὡς πάσης συκο-
 φαντίας ἀνώτεροι, μᾶλλον δὲ πάσης εὐφημίας ἐπάξιοι οἱ τῷ ὄντι ἱεροὶ καὶ 5
 θεῖοι λόγοι οὗτοι; φησὶ δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ τοὺς »ὄντας ἀπείρους πολλῶν
 μὲν καλῶν τῶν κατὰ τὰ ἄσθη, πολλῶν δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, τελέους πρὸς
 ἀρετὴν« μὴ ἂν γίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ ἐβδόμῳ γινώσκειν μὲν δεῖν ἄμφω
 τὰ ἐναντία τοὺς τελέους εἰς ἀρετὴν βούλεται, ποιεῖν δὲ θάτερα μόνον καὶ
 ὅσα σπουδαῖα, τᾶλλα δὲ μηδαμῶς. γνωστότεον γὰρ τὰ φαῦλα οὐ διὰ τὸ 10
 δρᾶν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δρᾶν δι' ἄγνοιαν. »ἄνευ γάρ, φησὶ, γελοίων τὰ σπουδαῖα
 καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν μὲν οὐ δυνατόν, εἰ μέλλοι τις φρό-
 νιμος ἔσεσθαι, ποιεῖν δὲ οὐκ ἂν δυνατόν ἀμφότερα, εἴ τις οὖν μέλλοι καὶ μικρὸν
 ἀρετῆς μεθέξειν, ἀλλὰ αὐτοῦ ἕνεκα τούτου καὶ μανθάνειν αὐτὰ δεῖ, τοῦ μήποτε
 δι' ἄγνοιαν δρᾶν ἢ λέγειν ὅσα γελοῖα, μηδὲν δέον.« καὶ αὖθις ἐν τῷ 15
 αὐτῷ περὶ τῆς νέων τροφῆς τὸν λόγον ποιούμενος, καὶ ὅπως αὐτοὺς ἕλωσ-
 τε καὶ εὐθύμους ποιήσῃ τὰς κλαυμονὰς αὐτῶν καὶ βοᾷς πάντων, ἐπέπερ
 ὁ προσδιαλεγόμενος Κλεινίας τοῦτ' ἔφησε δύνασθαι ἂν γενέσθαι, »εἴ
 τις αὐτοῖς πολλὰς ἡδονὰς παρασκευάζοι,« ἀποκρίνεται Πλάτων· »τοῦτ'
 οὐκέτ' ἂν ἐγὼ Κλεινία ξυνακολουθήσαιμ' ἂν, ὦ θαυμάσιε. ἔστι γὰρ οὖν 20
 ἡμῖν ἢ τοιαύτη πρᾶξις διαφθορὰ μεγίστη πασῶν ἐν ἀρχῇ γιγνομένη ἐκάσ-
 τοτε τροφῆς«, διαφθορὰν νεότητος τὰς ἡδονὰς λέγων. »ὁ γὰρ ἐμός, φησὶ,
 λόγος οὐθ' ἡδονὰς φησὶ δεῖν διώκειν τὸν ὀρθὸν βίον οὔτ' αὖ τὸ παράπαν
 Β 92^v φεύγειν τὰς λύπας, ἀλλ' αὐτὸ ἀσπάζεσθαι τὸ μέσον, ὃ δὴ νῦν προσεῖπον ὡς
 U 135^v ἕλεων ὀνομάσας, ἣν δὴ διάθεσιν καὶ θεοῦ κατὰ τινα μαντείας φήμην εὐ- 25
 V 201 στόχως πάντες προσαγορεύομεν. ταύτην τὴν ἔξιν διώκειν φημὶ δεῖν ἡμῶν τὸν
 μέλλοντα ἔσεσθαι θεῖον. μήτε αὐτὸν προπετῆ πρὸς τὰς ἡδονὰς γινόμενον
 ὄλως, ὡς οὐδ' ἐκτὸς λυπῶν ἐσόμενον, μήτε ἄλλον, γέροντα ἢ νέον, εἴαν πά-
 σχειν ταῦτ' οὐθ' ἡμῖν, ἄρρενα ἢ θῆλυον, ἀπάντων δὲ ἥκιστα εἰς δύναμιν
 τὸν ἀρτίως νεογενῆ· κυριώτατον γὰρ οὖν ἐμφύεται πᾶσι τότε τὸ πᾶν ἦθος 30
 διὰ ἔθος.« οὕτω πανταχοῦ πρὸς ἡδονὴν ἀντιπαρατάσσεται Πλάτων.
- 3 Καὶ γοῦν καὶ ἐν τῶν Πολιτείων τῷ τρίτῳ τοὺς ἀξιόους φύλακας ἐσο-
 μένους τῆς πόλεως δόξαν δεῖν φησὶ ταύτην παρ' ἑαυτοῖς ἔχειν βέβαιον
 τοῦ τὸ μὲν τῇ πόλει συμφέρον ποιεῖν πᾶν, ὃ δ' ἂν μὴ, μηδενὶ τρόπῳ
 πρᾶξαι ἐθέλειν. τούτου δ' αὐτοῦ καὶ εἰ φυλακικὸς τούτου τοῦ δόγματος 35
 ἔσοιτο, πείραν πρῶτον ποιητέον ἐν ἀπάσαις ταῖς ἡλικίαις αὐτῶν. καὶ ἐπεὶ
 τρισὶ τούτοις κλοπῇ, βία καὶ γοητεία δόξης ἀληθοῦς ἄκοντες στεροῦνται
 οἱ στερισκόμενοι, τηρητέον αὐτούς, εἰ μήτε κλαπέντες λόγῳ μεταπειθόμενοι
 ἢ χρόνῳ ἐπιλαθόμενοι μήτε ὀδύνας καὶ ἀλγηδόσι βιασθέντες μήτε ἡδοναῖς
 καὶ φόβοις κηληθέντες καὶ γοητευθέντες τὸ προειρημένον τῆς ψυχῆς ἐξέλοιεν 40

13 ἂν] *Buruet corr. in αὐ* | οὖν] *αὐ edit.* | 14 αὐτοῦ ἕνεκα] *αὐτῶν ἕνεκα τούτων edit.*
 | 19 αὐτοῖς] *αὐτῷ edit.* | 21 γιγνομένη] *γὰρ γίνετα edit.* | 24 δὴ νῦν] *νῦν δὴ edit.* |
 26 τὸν] *καὶ τὸν edit.* | 27 αὐτὸν] *οὖν αὐτὸν edit.* | 29 ταῦτ' οὐθ' αὐτὸν] *ταῦτ' οὐθ' αὐτὸν edit.*

voluptates, libidines cupiditatesque multas ad impudentiam, iniuriam, contumeliam trahentes diu multumque pugnaverit tandemque victor evaserit, ratione, officio, sollertia, studio sive ioco sive serio quicquam aut agit aut loquitur. « Quin etiam libro tertio eos, qui variae rationis rerum tum honestarum, tum inhonestarum expertes sunt, perfectos virtute esse non putat. Item septimo ambo contraria cognosci ab homine perfectae virtutis affirmat, sed alterum dumtaxat agere, quod bonum est, alterum vitare, quod malum. Enimvero cognoscenda esse mala, non ut agantur, sed ut vitentur, siquidem quae ignoramus, vitare non possumus. » Seriam, inquit, rem sine ioco et contrariam prorsus sine contrario percipere nequit, qui prudentem se facere studet. Agere vero utrumque nemo potest, si quod in se virtutis specimen cupit habere, sed ipsius rei causa nosse contrarium convenit, ne quid, quod minus deceat, per ignorantiam vel faciamus vel dicamus. » Ad haec cum in eodem libro de educatione liberorum scriberet et, quem ad modum animi iuvenum sublato clamore, ploratu et querelis tranquilli, placidi et laeti fieri possent, doceret, quod Clinias adhibitis voluptatibus effici posse dicebat: » Equidem, inquit, minime id Cliniae nostro dandum existimo. Nam si ita agere coeperimus, omnis liberalis educationis ratio peribit. » Mea quidem sententia nec voluptates recta vivendi ratio sequitur nec dolores prorsus vitandos ducit, sed mediocritatem quandam amat, quod mitiori nomine dictum a me velim, quam quidem animi dispositionem dei etiam esse quadam celebris oraculi fama recte ab omnibus existimari potest. Hunc habitum sectari debet, qui virtute divinus est futurus. Ergo elaborandum omnibus est, ut nec ipsi ad voluptatem proclives sint nec alios sive senes sive iuvenes sive matres sive feminas ita affici patiantur, minime autem omnium, qui nuper in lucem prodierint. Tunc enim tenera aetas facile mores imbibit, qui ita animo haerent, ut nulla deinde ratione possint aboleri. » Sic Plato interitum iuventutis voluptatem et putat et nominat. Sic omnibus locis ei occursat, adversatur, exterminandamque existimat.

80 Siquidem tertio quoque de Re publica libro dignos rei publicae custodes hanc sibi firmam tenere opinionem ait, ut, quod rei publicae prosit, id probent et faciant, quod obsit, id nullo pacto probare aut facere velint. Quae opinio an servari quacumque aetate possit, experiendum est. Et quoniam his tribus rebus: furto, vi, fraude amittere inviti verae opinionis possessionem solemus, animadvertendum, an ipsi non furtim aut verbis persuasi aut tempore obliti, non per vim, doloribus et cruciatibus coacti aut illecebris voluptatum decepti aut metu percussi decretum illud animi, quod modo diximus, amiserint et verae opinionis possessionem. » Item animadvertendum, inquit, est ab ineunte aetate et propositis quibusdam negotiis, in quibus 40 quis possit maxime decipi obliviscique eius opinionis, quam servare sta-

6 Plat. Legg. III. 678 b. | 11 Plat. Legg. VII. 816 d e. | 18 Plat. Legg. VII. 792 b—d. | 88 cf. Plat. Pol. III. 412 b — 413 b. | 41 Plat. Pol. III. 413 c — 414 a.

- δόγμα. «τηρητέον δὴ, φησίν, εὐθύς ἐκ παίδων, προθεμένοις ἔργα, ἐν οἷς ἂν τις τοῦ τοιούτου μάλιστα ἐπιλαθάνοιτο καὶ ἐξαπατῶτο, καὶ τὸν μὲν μνήμονα καὶ δυσεξαπάτητον ἐγκριτέον, τὸν δὲ μὴ ἀποκριτέον.» »καὶ πόνους γε αὐτῶν καὶ ἀγῶνας καὶ ἀλγηδόνας αὐτοῖς θετέον, ἐν οἷς ταῦτά ταῦτα τηρητέον.» »ποιητέον δὲ καὶ τοῦ τρίτου εἴδους τῆς γοητείας ἄμιλλαν, καὶ θεατέον, ὥσπερ τοὺς πῶλους ἐπὶ τοὺς ψόφους καὶ θαρύβους ἄγοντες σκοπῶσιν εἰ φοβεροί, οὕτω νέους ὄντας εἰς δείματ' ἄττα κοιμιστέον καὶ εἰς ἡδονὰς αὐτῶν μεταβλητέον, βασανίζοντας πολὺ μᾶλλον ἢ χρυσὸν ἐν πυρὶ, εἰ δυσγοήτευτος καὶ εὐσχήμων ἐν πᾶσι φαίνεται, φύλαξ αὐτοῦ ὢν ἀγαθός.» »καὶ τὸν μὲν ἀκήρατον ἐκβαίνοντα, καταστατέον ἄρχοντα τῆς πόλεως καὶ φύλακα, καὶ τιμὰς δοτέον καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι.» »τὸν δὲ μὴ τισιούταν ἀποκριτέον.» ἦδει γὰρ δὴ Πλάτων ἐξ ἐμπειρίας καὶ γυμνασίας καὶ συνεχοῦς πράξεως καὶ ἀγῶνων καὶ πόνων πᾶν χρηστὸν ἐπιτήδευμα, πᾶσαν πράξιν σπουδαίαν ἀνθρώποις ἐγγιναμένην καὶ τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν ἐξ εἴτους συναγοιμένην, καὶ διὰ ταῦτα ἀρίστα μὲν αὐτὸς καὶ συμφώτατα περὶ τούτων νομοθετεῖ, ἐν τῇ πρὸς τὰς ἡδονὰς μάχῃ τοὺς πολίτας αὐτοῦ καὶ τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ τῶν ἡδονῶν κρατεῖν διδάσκων.

Κεφ. ε' Διὰ τί Πλάτων γυμνοὺς τοὺς κόρους καὶ τὰς κόρας γυμνάζεσθαι νομοθετεῖ.

- 5,1 Κόκιστα δ' ὁ κατήγορος καὶ τοῖς ἰδίῳις τρόποις οἰκείως, πρὸς δ' ἔτι καὶ ἀμαθῶς τὴν ἐκείνου ἐκλαμβάνων διάνοιαν, χρῆται δ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν τῆς αὐτοῦ μοχθηρίας σύστασιν καὶ τὸ γυμνοὺς καὶ γυμνάς τοὺς κόρους καὶ κόρας μέχρις αἰδοῦς σώφρονος μετ' ἀλλήλων συγγυμνάζεσθαι τε καὶ συγχορεύειν αὐτὸν νομοθετῆσαι, μέγα ὀλολύζων ἐπὶ τῇ ὡς δοκεῖ ἀτοπία καὶ τὸ τινῶν γενῶν ἐπιβροῶμενος ἔθους καὶ Ῥωμαίους εἶτε καὶ οὐστυνασσῶν ἄλλας ἐπιμαρτυρόμενος καὶ ἂ μὴδὲ γαμετῆ καὶ ἀνδράσι σεμνοῖς παιητέα ἐναντίον ἀλλήλων, ταῦτα συγκεχωρησῆσθαι τοῖς νέοις ἀποδουρόμενος. ἀδύνατόν τε οἶεται τοὺς οὕτως ἀλλήλοις ὁμιλοῦντας μὴ ἂν ἐκκαλεσθαι ὁσημέραι πρὸς ἡδονὰς καὶ ἀκολασίαν καὶ ἀφροδίσια καὶ πᾶσαν ἀσέλγειαν. ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτά φαμεν τὴν κόρων εἶτε καὶ κορῶν γύμνωσιν ἀρχαιωτάτην εἶναι καὶ ταύτην. ἢ τε γὰρ φύσις ἀδιάφορον τοῦτ' ἡγήται, γυμνά τὰ ζῶα γενήσασα. πικρὰ τε τῶν πάλαι γενῶν ὀλοκλήρα γυμνητεία ἐχρήσαντο μάρτυρι τῇ ἱστορίᾳ. καὶ οὐ μόνον ἔσσι βίον ἐβίωσαν ὀρεινότερον, ἀλλὰ καὶ ἔθνος σφώτατον, θεωρία καὶ λόγοις σχολάζον, οἱ δὲ αὐτὸ ταῦτα γυμνοσοφιστὰι κληθέντες οὐκ ἀτοπον τὴν τισαύτην ἡγήσαντο γύμνωσιν. οὐδ' ἑαυτοὺς ἢ ἀλλήλους ἠσχύοντο γυμνοὶ περιῶντες οὐδὲ μᾶλλον τοῦ τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει συγκεχωρημένου καὶ εἰωθότατος πρὸς ἡδονὰς ἐξεκαίοντο καὶ λαχνείαν. εἰ δὲ καὶ τοὺς προπάτορας ἡμῶν τοῦ γένους γυμνοὺς τε ὑπὸ τοῦ πάντων θεοῦ δημιουργῆσθαι καὶ γυμνοὺς μέχρις ἐκπτώσεως διαμεῖναι ἐνθιμηθείης, οὐκ ἂν πανηρῶν νομοθέτην ὑπολήψαισιν ἄπαγε τῆς βλασφημίας. τὸν καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς παραγαγόντα μὴδ' ἐσιδήτων χρῆσιν αὐτοὺς δεδιδασχέτα. καὶ νῦν δὲ γυμνά τὰ πρῆσσωπα περιφέρουμεν ἅπαντες, ἐν ἧ τὸ κάλλος ἅπαν συνιστάνεται καὶ ἔθιεν ὁ ἔριος